

1978

N

14

[133]





78 N 14 [133]

VIRO  
PRAENOBILISSIMO AMPLISSIMO  
DOCTISSIMO

BALTHASARI  
HOFFMANNO,

ARTIVM MAGISTRO, ET GYMNASII  
REGIO-EPISCOPALIS, QVOD MARTISVVRGI EST,  
RECTORI OPTIME MERITO,

PRAECEPTORI

FIDELISSIMO, PIE COLENDO

DIEM NATALEM

III. NON. DECEMBER. CIO LXXX LVII.

DIVINIS REDEVNTEM AVSPICIIS

LAEVO ANIMO CELEBRANTI,

MENTIS PIETATEM ATQVE CAELITIAM GRATVLAVNDA

DECLARANT

EIVSDEM GYMNASII

ORDINIS L CIVES

PRESENTE

IOANNE HENRICO BOUTHIO

MERSEVVRGENSIS

MARTISVVRGI,

EX OFFICINA LAITENBERGERIANA.



Kapsel 78 N 14 [133]

AK



HOFFMANNI  
ARTIVM MAGISTRO, ET CANTORIBUS  
REGIO EPISCOPALIS, QVOD NASTRORVM EST  
ECONOMICE MESTO  
P. B. A. G. E. S. T. O. R. I.



nnta lætitiæ resplescent tempora græta,  
Ducere quævis dulcès fasque piùmque modos.  
Tempora, thura quibus nostris imponimus aris,  
Et Pindus cantu quævis sonuisse solet.  
Lux iucunda redit, Lux, qua Natalia Sacra  
HOFFMANNI plausu sunt celebranda pio.  
Publicus at quis nos luctus percellit? acerba  
Funera quæ nobis famæ inopina refert?  
Occidit heu! patriæ Sol, Anguiliflûna Mater,  
Deposito regno regna saprema petit.  
I nunc, et gaude! dum Rex, dum Regia Proles,  
Fidus dum plangit civis, et ora rigat.  
Vertitur in tenebras sic lux, quam nubila cingunt;  
In lessus abeunt carmina nostra graves.  
Insuper et nostros perturbant classica cantus,  
Et belli terrent horrida fata trucis.  
Nulla fero cum Marte bonis commercia Musis,  
Illarumque chori, dum tonat ille, silent.

Temporibus nostrum quam distat tempus ab illis,  
Quisque quibus lætus, pæce vigente, fuit.  
Vix lacrymis sunt nostra fatis descendenda pericla,  
Nec fors hæc nostra durior esse potest.  
Ante oculos nostros ferrum grassatur et ignis,  
Et fuso misere rura cruore madent.  
Heu! nos presidio nulloque iuvamine cinctos,  
Hostica vis cogit quæque molesta pati.  
Nullus honor patriæ, nulla est reverentia legum,  
Et nostris ludit gens inimica malis.  
Vexamur, premimur; tanti nec terminus ullus,  
Nostra quod incesstat gaudia festa, mali.  
Officiosa tamen pietas intacta furore,  
Munera, quæ poscit Lux recolenda, litat.  
Sint procul hinc gemitus, tristes discedite curæ,  
Nec pavescata tuos, Musa, remitte choros.  
Pectora maiori motu iam grata Diei  
Gaudia, quam fieri classica Martis, agunt.  
Omnia si tollat nobis violentia dira,  
Non mentem nobis vis rapit ulla piam.  
Natales ergo HOFFMANNO gratemur et ortum,  
Quo bona sunt nobis plurima nata Die.  
Sospitè Te, memores meriti memoresque laboris  
Latamur merito, *Vir Venerande*, Tui.  
Quisque Deo grates, cuius Te gratia fovit,  
Et fulsit blanda prosperitate, canit.  
Quam iuvat, in studiis torum consumere tempus,  
Signaque Musarum, Te præeunte, sequi.  
Salva viget nostri, Te *Præside*, gloria Pindi,  
Quilibet et nostrum, quo sibi plaudat, habet.  
Præstamus, meritis quod Græcia præsticit olim  
Inclyta, quodque suis Roma vetusta, viris.

Quantus honor templis, reverentia quanta Lycæis,  
    Aræ ubi fontes turba professa dabat:  
Tantus erat cultus longæque insignior illis,  
    Qui studiis animos excolere suis.  
Sic fas est: semper quocumque colatur honore,  
    Cui patriæ cura est erudiendo salus.  
Noster amor, scimus, Tibimet quæ debeat: ast quæ  
    Gratia tot meritis par queat esse *Tuis?*  
En! conferta *Tibi* letis iam pectora votis,  
    Munere pro merito, *Doctæ Amundæ*, damus.  
Protegat et valida semper *Te* numine cingat,  
    Viribus invictis *Te* recreetque *Deus*.  
Sit, vivatque diu felix *Tua Splendida Coniux*,  
    Gaudeat et *Tecum* prosperitate diu.  
In decus ornatumque *Domus Tua Pignora* vivant,  
    Virtutisque premant, quam teris Ipse, viam.  
Te salvo *Tua* salva *Domus* sit læta, precamur,  
    Quam videas auctam flore subinde novo.  
Pax redeat, lenisque quies, cessentque tumultus!  
    Mox vireat patriæ suavis oliva bona.



78N 11 (Kapsel-133)

ULB Halle	3
003 615 553	
	

78N







78 N 14 [133]

VIRO  
PRAENOBILISSIMO AMPLISSIMO  
DOCTISSIMO  
**BALTHASARI  
HOFFMANNO,**

ARTIVM MAGISTRO, ET GYMNASII  
D-EPISCOPALIS, QVOD MARTISVURGI EST,  
RECTORI OPTIME MERITO,  
PRAECEPTORI  
FIDELISSIMO, PIE COLENDO  
DIEM NATALEM

III. NON. DECEMBR. MDCCCXVII.  
VINIS REDEVNTEM AVSPICITS  
LAETO ANIMO CELEBRANTI,  
NTIS PIETATEM ATQVE LAETITIAM GRATVLABVNDA

DECLARANT  
EIVSDEM GYMNASII  
ORDINIS L CIVIS  
PRAEVNTE  
IOANNE HENRICO BETHIO  
MERSLVRGENSE

MARTISVURGI,  
EX OFFICINA LATTENBERGERIANA



Kapsel 78 N 14 [133]

AK

